trāſfigurari dixit . bonum eſt nos hic eſſe
Math. xvij. Quid eſt putandū de his q̄
diuinitatē meruerunt videre . ſi vidēs hu
manitatē glorificatū. tanto petrus afficie
batur gaudio vt nunq̄ȝ vellet ab ei⁹ gau
dio ſecerni ſicut dic̄ gloſa ¶ C Se/
cundo viderūt om̄es martires eū. q̄ſi fon
tem plenitudine gr̄oſum ſuauē ad viſum
dulcē ad oſculū. d̄lectabilē ad guſtum . et
amabilē ad amplexū. Guſtate inquit ps.
et videte q̄m̄ ſuauis ē dn̄s. hic eſt ille fons
q̄ deſcendit de delicijs paradiſi. d̄ vertice
ſcȝ colliū eternoꝝ vt irrigaret aridos. fe/
cundaret inſipidos. abſtergeret ſordidos
et ſatiaret famelicos. de quo Joh. j. vidi
mus gloriā ei⁹ glo. q̄ſi vni. a pa. ple. g. ⁊c̄
et ſequitur de plenitudine ei⁹ nos omnes
accepimus gr̄am . hic fons prio ꝓmiſſus
patribus. ſe in fine ſeculoꝝ oībus reuela/
tus. propterea vt guſtaret̄ ſtabat ieſus et
clamabat dicens. Johā. vij. Si quis ſitit
veniat ad me ſupple. qui ſum fons patēs
et viuus et bibat. et q̄d fiet te bibentib⁹ o
xp̄e. aqua quā ego dabo fiet in eo fons a/
que ſaliētis in vitā eternā Joh. iiij. Hūc
fontē ſymeon aſpexit oculis et illi⁹ inebri
atus dulcedine letus abſceſſit. ſed ve mi/
ſeris q̄ adhuc de fontali plenitudine vidē
tur ingrati. q̄ ante fontem ſtant ſitiunt nec
guſtant dulcedinem infinitam . Regula ē
ꝙ qui n̄ guſtāt in preſenti per gr̄am nunq̄ȝ
guſtabunt in futuro per gloriā . Juxta illō
q̄d̄ de rebelli d̄r Job xx. Cū enī dulce fue
rit in ore ſuo malū abſcondit illud ſub lin/
gua ſua panis in gutture ſuo vertet̄ i fel
aſpidum intrinſecus et non videbit riuu/
los fontis vel fluminis torrētis mellis vl̄
butiri. putas videbūt auari vel vſurarij.
minime. q̄r de illis d̄r a d̄o Hiere. ij. Duo
mala fecit populus meus me dereliq̄runt
fontem aque viue. et foderunt ſibi ciſter/
nas diſſipatas que cōtinere non valent ſi
bi aquas ¶ D Tercō quaſi ducem
altitudine generoſum. q̄r ex parte patris
filius excelſi. ex parte matris de ſtirpe re/
gia generatus. cui celi parabāt obſequiū
angeli ſolacium et totus mundus ei⁹ im
perio ſternebatur. vnde Jſa. xxx. Erunt
oculi tui videntes p̄ceptorem tuum . et au
res tue audient verba poſt tergum monē
tis. hunc vidi dicit ſymeonem hunc tenui
hunc ſuſcepi. et ideo dicere poterat. Job
xlij. Et auditu audiuit te . idcirco ipſe me
reprehendo et ago penitentiam in fauil/
la et cinere . hic eſt ille qui venit a regalis
ſolij ſedibus et mediam exterminij terram
proſilijt vt hominē liberaret. de quo Jſa.
lij. Jſte aſperget gentes multas. et ſuper
ipſum continebunt reges os ſuum . quia
quibus non eſt narratum de eo videbunt
et qui non audierunt contemplati ſunt ſi/
cut reges qui eum adorauerunt. in preſe/
pio vagiētem. et quoniā maximum erat
inter om̄ia beneficia oculis aſpicere xp̄m.
ideo dixit Luce. x. Beati qui vident que
vos videtis. Amen dico vobis ꝙ multi
reges et ꝓphete voluerūt videre ⁊c̄. Vi/
deant igit̄ aggredientes ad pugnā ip̄m ꝓ
cedentem. vt ſint audaces Jp̄m aſpexe/
rant ſancti martires et infra frementium
cruciamenta ſecuti fuerunt Pſal. Vide
runt ingreſſus tuus deus. ingre. de. me. q̄
eſt in ſan. pudor eſt militi terga vertenti
cum viderit regem in prelio D
¶ Quarto quaſi fratrem manſuetudine
glorioſum. quia os de oſſibus noſtris in ſi
militudinem noſtram factus. et habitu in
uentus vt homo . in nullo nobis diſſimi/
lis. quia affinitate nobis vnitus factus ē
noſter frater quem diu anima deuota pe/
tierat ſibi dari Cantico. viij. Quis det te
fratrē meū ſugentē vbera matris mee vt
inueniā te foris et deoſculer ⁊ me iā nemo
aſpiciat. et q̄m̄ dulce erat hoī videre frēȝ
deū. ꝓpter hoc d̄r Jſa. xxix . O cl̄i cecoꝝ
videbūt et addent mites in dn̄o leticiam
q̄ſi tante ꝯdignatōis ꝯnubia vel ſponſa/
lia celeſtes ꝙ fuiſſet icredibile niſi primo
pater celeſtis patribus promiſiſſet . Et iō
quia ſymeon futurum eum preuidebat ad



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-472/0385
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG